

etfi primam mitiorem, secundam verò tutiorem ob supradictam Propositionem damnatam.

**Igitur ex Verbis definitionis Sponsalium hucusque explicatis colligitur studiosus Lector, quòd quando Promissio, quam Sponsi inter se faciunt, de futuro Matrimonio, est mutua, acceptata, vera, deliberata, ac libera, verbis, vel signis expressa; & ipsi sunt hábiles ad ea contrahenda, tunc Sponsalia sunt valida, & producant tres sequentes effectus. Unus est obligatio ea adimplendi per contractum Matrimonii de presenti oportune inendum, sub pena peccati mortalis, nisi Sponsalia dissolvantur ob aliquam ex iustis causis, in sequenti Decisione XVII. adducendis: Sanchez d. lib. 1. disp. 14. Bonacina quest. 1. punct. 2. n. 2. Matruius d. disp. 7. n. 271. & Salmanticenses d. tract. 9. cap. 1. ubi num. 89. & seqq. docent resistentem à Sponsalibus absque iusta causa esse compellendum ad ea adimplenda in utroque foro, nisi scandala, vel mali exitus timerentur futuri. Alter effectus est, ut resiliens absque iusta causa, si arthas accepisset, teneatur eas duplicatas restituere, at legitima causa interveniente acceptas tantum. l. fin. C. de Sponsalib. Nicolius in Instit. Civil. lib. 1. tit. 10. num. 24. Tertius effectus est, ut ex iisdem Sponsalibus oriatur impedimentum Publicæ honestatis impediens, ac dirimens Matrimonium cum parentibus respectivè alterutrius ex Sponsis usque ad primum gradum, etiam si Sponsalia dissolverentur ex mutuo consensu ipsorum Sponsorum, ut declaravit S. Congregatio Concilii die 6. Julii 1658. cujus Decretum ponit Nicolius d. lib. 1. tit. 10. num. 54. quòd ab Alexandro Papa VII. fuit approbatum; & nos referemus infra in explicatione Impedimenti Publicæ Honestatis.**

DECISIO XVII.

ARGUMENTUM.

Solubilia esse Sponsalia, etfi jurata, superveniente aliqua iusta causa, præfens Decisio ostendit. Recentiorum omnes, & singulæ causæ, à DD. approbatæ, pro Sponsalium dissolutione. In earundem causarum explanatione plura curiosa dubia, & Quæstiones scitu necessariæ circa Sponsalia dissolvenda, excitantur, & resolvuntur; atque huiusmodi materia Historiis, Exemplis, Medicorum Aphorismis, ac Rotalibus Decisionibus illustratur.

SUMMARIUM.

- 1 Sponsalia sunt solubilia ex aliqua honesta causa.
- 2 Juramentum sequitur conditionem rei, in qua ponitur.
- 3 Cause iuste solvendi Sponsalia, quæ sint?
- 4 Consensu mutuo Sponsorum Sponsalia dissolvuntur.
- 5 Impubes an possit dissolvere eorum Sponsalia?
- 6 Impuberum Sponsalia quam vim habeant?
- 7 Differentia Sponsalium per puberes, vel impuberes innotuit.
- 8 Impubes factus pubes an possit statim resillire à Sponsalibus?
- 9 Claudicare quando possit contractus Sponsalium?
- 10 Impubes facti puberes an possint resillire à Sponsalibus juratis?
- 11 Professio Religiosa dissolvuntur Sponsalia.
- 12 Habitus Religiosi susceptio an dissolvat statim Sponsalia? Triplex Opinio.
- 13 Religiosus quomodo fieri possit, qui contraxerit Sponsalia jurata?
- 14 Religione ingredi licet, non obstantibus Sponsalibus juratis.
- 15 Cap. Commisum. De Sponsalib. declaratio.

- 16 Copula carnalis habita inter Sponsos de futuro, an impediatur ingressum in Religionem?
- 17 Ordinis Sacri susceptio dirimit Sponsalia.
- 18 Votum de Religione intranda, vel Ordine Sacro suscipiendo an dissolvat Sponsalia?
- 19 Et an simplex votum Castitatis.
- 20 Exempla Sponsarum, quæ per votum Castitatis solvantur Sponsalia.
- 21 Sponsus habens votum Castitatis, fornicando, quot peccata committat?
- 22 Matrimonium de presenti cum una, quomodo solvat Sponsalia precedentia cum altera?
- 23 Et quid si ipsum Matrimonium solvatur, an reviviscant priora Sponsalia?
- 24 Sponsalia prima quomodo solvantur per secunda?
- 25 Copula carnalis cum secunda Sponsa an dissolvat prima Sponsalia?
- 26 Sponsalibus primis dissolutis post inita secunda, An hæc sint adimplenda?
- 27 S. Vulmarus ob eius dissoluta Sponsalia sit Religiosus.
- 28 Mora nimia in adimplendis Sponsalibus quando ea dissolvat?
- 29 Domicilium à Sponso translatum in aliam Civitatem an dissolvat Sponsalia?
- 30 Absentia nimis longa Sponsi an Sponsalia solvantur?
- 31 Infirmitas gravis Sponsorum an dirimat Sponsalia?
- 32 Lepra superveniens Sponsi liberat eos à Sponsalibus.
- 33 Lucinii Nobilis Francie Sponsalia soluta ob Leporam Sponsæ.
- 34 Deformitas Sponsæ ob Variolas an solvat Sponsalia?
- 35 Variolarum morbus descriptus.
- 36 B. Felicii Capuccini oleo Lampadis puer sanatur à Variolis.
- 37 S. Ansberti Sponsalia dissoluta ob deformitatem Sponsæ ex morbo.
- 38 Hæresi, aliæque gratia delicta, si committantur, solvant Sponsalia. Item iactura bonorum, inimicitie, mortui scilicet, ac fornicatio; nec non impedimenta dirimentia, vel impedientia tantum, si superveniant: aut alia causa mali exitus.
- 39 Sponsi an à Sponsalibus possint de per se ob causam resillire?
- 40 Judex Ecclesiasticus adendus in causa Sponsalium.
- 41 Dispensatione obtenta super impedimento inter Sponsos, opus est novo consensu eorum pro validitate Sponsalium.
- 42 Rote Romana opinio prævalet opinionibus aliorum Doctorum.

**V**idimus in antecedenti quomodo contrahantur Sponsalia, & qualitates, quas habere debent Sponsi illa iniri, ut eorum promissio valida evadat, & producat tres illos effectus, quos ibi in fine recensuimus: nunc oportet videre, An Sponsalia postquam validè sunt contracta, possint dissolvi? & quibus ex causis eorum diffolutio obtineri valeat?

Quo ad primum, extra omnem controversiam est, quòd Sponsalia, etfi validè, ac legitime contracta, sunt solubilia ex aliqua honesta causa; ea ratione quia eorum contractus neque jure naturæ, neque jure divino, neque jure Ecclesiastico est indissolubilis; quod patet manifestè, tum quia naturali jure omnes contractus sunt solubiles de consensu partium; tum quia neque in Scriptura Sacra, neque in Jure canonico reperitur aliqua prohibitio circa hanc solutionem; imò plures in locis ipsa solutio Sponsalium approbatur, & rata habetur; ut in cap. Præterea. De Sponsalib. in quo Innocentius III. ait: Si autem

autem se adinvicem admittere noluerint, ne forte deterreri contingat, ut talem scilicet ducat, quam odio habet, vitetur, quod admittat eorum, qui societatem interpositio fieri contrahunt, & postea eandem sibi remittunt, possit in patientia tolerari. ubi Glossa super d. Verb. In patientia, subdit: Ex quo ad Matrimonium non est processum, possunt Sponsi se absolvere; nam omnis rei per quascumque causas nascitur, per easdem resolvitur ex cap. Omnis. de Reg. Jur. Hanc assertionem probat etiam S. Thomas in 4. disp. 27. quest. 2. art. 3. & in 3. part. Supplement. quest. 43. art. 3. Matruius in 4. sent. disput. 7. num. 296. Salmanticenses de Matrim. tract. 9. cap. 2. in princ. & Eminentiss. Cardin. de Lauræa, eod. tract. de Matrim. disp. 37. à num. 326. & seq. eandem extendens etiam si Sponsalia firmata fuissent cum juramento, & allegat text. in cap. De illis. De Sponsalib. in quo Alexander III. ita respondendo concedit. Ratio est, quia juramentum adjectum Sponsalibus, censetur fieri juxta conditionem illorum; & idèd cum illa de sui natura sint solubilia, ita & juramentum; maxime quia hoc est emissum in commodum earum partium, quæ jurant, & sic censetur factum sub illa conditione, nisi ex aliqua iusta causa sit à Sponsalibus resiliendum, & hoc modo à Deo acceptatur. S. Thomas 2. 2. q. 89. art. 9. ad 2. Salmanticenses d. cap. 2. num. 4. & 5. ubi idem dicens docent, licet Juramentum factum fuisset in honorem Dei, & causa pietatis; ut si quis jurasset ducere aliquam pauperem feminam, ad sublevandam illius inopiam ob amorem Dei; nam ea remittente, vel alia iusta causa militante, non esset obligatus eam ducere, quòd latius probant Averfa de Matrim. quest. 8. sect. 11. Lessius de Jus. lib. 2. cap. 42. dub. 12. num. 57. Palau disp. 1. punct. 17. num. 4. & Sanchez de Matrim. lib. 1. disp. 52. num. 8.

Quo verò ad causas iustas, & honestas, propter quas licitum est dissolvere Sponsalia, & ab eis resillire, cum illæ sint multiplices, referemus hic magis practicabiles, à variis Doctoribus propositas, summam tamen, & compendiosè, ne nimis prolata sit hæc Decisio, remittentes Studiosum Lectorem ad eosdem Doctores, quos allegabimus, ut in casu practico, & quatenus accidat respondere, vel decidere, An causa aliqua fit sufficiens pro dissolutione prædicta, possit ab illis rationes ampliores desumere.

Prima itaque causa dissolutionis Sponsalium est mutus consensus illorum, qui ea contraxerant. S. Thomas in 4. d. disp. 27. q. 2. art. 3. ad 5. nec non in 3. p. q. 43. art. 3. ad 5. Ratio est, quia res quæcumque per quas causas producit, per easdem dissolvitur. cap. Omnis. ref. 27. q. 2. cap. 1. de Reg. Jur. Sed Sponsalia generantur mutuo contrahentium consensu. Ergo mutuo contrahentium consensu solvantur. Ita DD. communiter apud Salmanticenses d. cap. 2. num. 1. Matruius in 4. d. disp. 7. num. 297. Averfa d. qu. 8. sect. 11. & Eminentiss. Cardin. de Lauræa d. disp. 37. de Matrim. art. 11. §. 2. num. 332. Hæc autem causa est intelligenda inter Sponsos puberes, masculum scilicet habentem annos quatuordecim, & feminam attingentem annum duodecimum; hi enim mutuo consensu possunt à suis Sponsalibus resillire; at si impuberes forent, vel ambo, vel unus eorum, non esset licitum Sponsalia solvere per mutuum consensum; quia expectare debent complementum annorum, quòd pubertatem consequantur. cap. De illis. 7. De desponsat. Impubere. ubi Alexander III. ita loquitur: De illis, qui infra annos aptos Matrimonii Sponsalia contrahunt, sive uterque sive alter reclamet, antequam ad annos Matrimonii aptos pervenerint; postulent separari, non sunt ullatenus audiendi. Ratio hujus dispositionis est, ut immaturati impuberes ob fragilitatem ætatis non cen-

sentur habere maturam deliberationem; & idèd tempus pubertatis est expectandum. cap. De his. disp. 28. cap. Illud. 20. qu. 1. & l. Denique. ff. De Minor. Salmanticenses d. cap. 2. de Matrim. num. 8. Eminentiss. Cardin. de Lauræa d. disp. 37. numer. 343. & Matruius d. disp. 7. num. 298. qui doctissime tria notat; Unum, quòd Sponsalia inter impuberes inita non habent vim simpliciter obligandi ad contrahendum Matrimonium in pubertate; sed continent vim ligandi, ne interim alia Sponsalia inveniatur, & inducunt publicæ honestatis impedimentum. Alterum, quòd si ex Sponsis impuberibus, unus prius perveniat ad pubertatem, quam alter, non possunt Sponsalia dissolvi, nisi alter quoque ad pubertatis annos pervenerit; reprobatò Becano cap. 43. quest. 16. & aliis opinantibus, quòd prius factus pubes possit statim resillire, nec teneatur expectare pubertatem alterius; quia contrarium dicitur in d. cap. De illis, dum decernitur ambo ad pubertatem esse expectandos, ut perveniant, antequam audiantur. Tertium, quòd ad annum pubertatis cum uterque pervenerit, tunc dissolvi poterunt Sponsalia, non solum ex mutuo amborum consensu; sed etiam uno eorum tantum reclamante; & in hoc differunt Sponsalia contracta per impuberes ab illis, quæ contrahuntur à puberibus; hi enim non possunt ea dissolvere, nisi ex mutuo amborum consensu; at illi etiam ex dissensu unius tantum; tunc tamen, & quando uterque impuberes pervenerint ad pubertatem; & ita servandum affirmat tam in foro externo, quam in interno, ut etiam advertit Averfa d. quest. 8. sect. 11.

Porrò Salmanticenses d. cap. 2. num. 9. opinantur, quòd ille, qui prius fit pubes, possit, si velit, reclamare, & à Sponsalibus resillire, non expectata pubertate alterius; quia, ajuat, frustra expectatur eventus, cujus nullus futurus est effectus. cap. Cum contingat, De offic. deleg. Quòd si pubes contraxerit Sponsalia cum impubere, non poterit resillire ab eis, nisi alter fiat pubes, & consentiat dissolutioni; & si impubes factus pubes nolit adimplere Sponsalia, potest altero invito ab eis discedere; quia contractus in favorem minoris potest claudicare. Sanchez d. lib. 1. disp. 51. num. 10. Reginaldus lib. 31. numer. 261. & Salmanticenses d. cap. 2. num. 11. & 12. addentes, quòd si ipsi impuberes pro triduum post adeptam pubertatem non reclamaverint contra Sponsalia, censetur ea rata habere, itaut deinde non possint amplius ab illis resillire, nisi ex mutuo alterius Sponsi consensu arg. l. fin. C. de Errorib. Advocat. & l. fin. C. de Judic. Prædicta autem reclamatio, pro foro exteriori debet esse expressa; pro foro conscientie sufficit etiam tacita. Sanchez d. disp. 51. num. 17. Perez de Matrim. disp. 9. sect. 2. & Averfa d. quest. 8. sect. 11. Vers. Sexto propè finem pag. mibi 420. Sed Utrum impuberes adepta pubertate possint resillire à Sponsalibus antea juramento firmatis, si unus eorum petat adimplementum, & non consentiat dissolutioni? Stant DD. pro affirmativa, & pro negativa, quos allegat Diana Coordinatus tom. 2. tract. 6. resol. 9. & resol. 10. quæ resident in Veteri part. 3. tract. 4. resol. 287. & 345. & inter illos stat pro negativa Sanchez d. lib. 1. disp. 51. quest. 3. num. 22. Sed Affirmativam tuerit Basiliius Pontius de Matrim. lib. 12. cap. 9. num. 7. à studiosis legendi.

Secunda causa dissolvendi Sponsalia est ingressus in Religionem, & Professio in illa. cap. Ex publico. De Convers. Conjugat. Ratio est manifesta, quia Sponsalia sunt præambula ad Matrimonium. Sed Matrimonium ratum dissolvitur per ingressum, ac Professionem in Religionem, ut d. cap. Ex publico, & latè demonstrativum supra Decif. XIII. à num. 9. & seqq. Ergo multò magis ipsa Sponsalia. Verùm tres à DD. hic agitantur quæstiones. Prima est: An solus ingressus in Religionem, & sola habitus



tes, Matrus, Emin. Cardin. de Lauræa, & alii DD. locis fupracitatis.

Septima causa folutionis prædictæ priorum Sponfalium est, fi contrahatur ab aliquo ex Sponfo fe- 24 cunda Sponfalia cum altera perfona; tunc enim pars relicta remanet libera, (fi ita velit) nec amplius tenetur ad priora Sponfalia: ac pars contrahens fecunda remanet obligata ad prima; quia à fecundis Sponfalibus non dirimuntur prima, fed à primis dirimuntur fecunda, quæ propterea cenfentur illicitæ, & invalidæ contractæ; & ideò non deftrunt primam obligationem, fed ab ea deftruntur. Salmanticensis, qui dicitur, hoc certum effe apud omnes d. trañ. 9. cap. 2. num. 37. Bañlius Pontius d. libr. 12. cap. 14. num. 1. & 2. ubi id verum effe affirmat, etiamfi fecunda Sponfalia effent jurata. Averfa d. quaft. 8. fect. 13. Verf. Quintò. Matrus d. difp. 7. num. 312. atque Emin. Card. de Lauræa ead. difp. 7. à num. 389. & feqq. ubi allegat text. in cap. Sicut. & in cap. Si inter. De Sponfalibus, & alias rationes id probantes adducit.

Sed ecce famofum dubium, & quod frequenter occurrit in praxi: Quid dicendum fi contrahens fecunda Sponfalia cum Virgine, vel alia honefta femina nihil feiente de primis, cum eadem copulam carnalem habet? Dicitur ignara de primis Sponfalibus, quia fi de illis habuiffet noticiam, & adhuc voluerit carnaliter cognofci, nihil prætereundè potèft, & abfque dubio priora Sponfalia funt adimplenda; Salmanticensis d. cap. 2. num. 42. Sed quid fi fit ignara? De Jure antiquo, & ante Concilium Tridentinum in tali cafu copula carnalis tranfibat in Matrimonium de præfenti, & diffolvbat priora Sponfalia cap. 11. qui fidei. De Sponfalibus, cap. Veniens. eod. titi. Sed de Jure novo, cum Matrimonia clandestina, ac præfumpta fint abolita, & per Concilium Tridentinum ad Matrimonii validitatem requiratur præfentia Parochi, & teftium, remanet dubium fupradictum; An per fecunda Sponfalia cum copula dirimantur prima? Circa quod duæ funt opinionès. Una negat, afferens per hanc copulam nihil effe derogatum obligationi priorum Sponfalium; & Sponfum, non obftante carnali copula habita cum fecunda teneri ducere primam; nam non potèft derogari primæ obligationi; & licet fecunda patiatur damnum in fama ob copulam, refarcienda effe per lotem, aut alio opportuno remedio. Ita Sanchez d. libr. 1. difp. 49. num. 1. Hurtadus difp. 2. difp. 8. atque Averfa d. quaft. 8. fect. 13. Verf. Sextò, ubi plurimos citat fic fentientes. Altera affirmat, priora Sponfalia folvi ad effectum, ut Sponfus poffit cum fecunda carnaliter cognita Matrimonium contrahere: 1. Quia fecunda venditio ejufdem rei facta cum traditione prævalet primæ. 1. Quoties 15. C. de rei vindic. Sed per copulam traditum effe corpus in fecundis Sponfalibus. 2. Quia habens Votum ingrediendi Religionem, fi Virginem defloraverit, tenetur eam ducere, non autem adimplere Votum. 3. Quia Jus fortius, quale effe femina carnaliter cognita, deftruit Jus minus forte, quod habet prima Sponfa adhuc intacta; ideòque fic fententiandum in utroque foro ob has, & alias rationes, quas allegant, & confenter tenent Bañlius Pontius d. libr. 12. cap. 14. num. 4. Rebèllius d. libr. 4. q. 8. fect. 4. num. 50. Leander, Coninch, Palaus, & alii, quos congerunt, & quibus adhærent Salmanticensis d. cap. 2. num. 44. & Matrus ead. difp. 7. num. 312. ex quorum DD. fententia deducitur, hæc fecunda Sponfalia cum copula producere etiam impedimentum publicæ honeftatis, ut notant iidem Salmanticensis ibid. num. 46. addentes, quòd fi hæc fecunda Sponfalia folverentur vel per mortem mulieris carnaliter cognita, vel per ejus confentum, habita dote, Sponfus remaneret obligatus adimplere prima Sponfalia, fi prior Sponfa exigeret adimplementum.

Aliud dubium excitant DD. circa fecunda Sponfalia contracta fubfiftentibus primis; videlicet Cafu quo prima Sponfalia diffolvantur vel ex mutuo confenfu, vel per mortem prioris Sponfe, An tenetur Sponfus ea adimplere cum fecunda Sponfa, effe intacta, nec carnaliter cognita? Affirmat Covarruvias in 4. Decretal. part. 1. cap. 4. §. 1. numer. 10. & Rebèllius d. libr. 4. q. 8. fect. 8. quia, ajunt, promiffio, & juramentum de re aliàs illicita obligat, quando fit licita; & quòd non valet eo modo, quo fit; faltem valet, quantum valere potèft, ut patet in conjugato, qui fi profiteatur in Religione, non valet ejus profeflio in præjudicium Uxoris; valet tamen in ratione Voti fimplicis cafitatis. cap. Quidam de Converf. Conjugat. Ergo fimiliter quamvis dicta fecunda Sponfalia non valeant in ratione Sponfalium, valere debent in ratione fimplicis promiffionis. Negant tamen prædictum Sponfum effe obligatum fecunda Sponfalia adimplere, contracta fubfiftentibus primis, etiamfi prima extinguantur; Sanchez d. libr. 1. difp. 50. num. 6. Bañlius Pontius d. libr. 12. cap. 14. num. 2. Averfa d. q. 8. fect. 13. & Salmanticensis d. cap. 2. num. 48. quia quòd ab initio fuit invalidum, tractu temporis non convalefcit. cap. Non firmatur. de Regul. Jur. in 6. Sed dicta posteriora Sponfalia, effe jurata, fuerunt invalida à principio; Ergo non confurgit obligatio eorum, effe priora diffolvantur. Confirmant id exemplo illius, qui habens Votum cafitatis iniret Sponfalia, nam etiam obftante relaxatione Voti non tenetur ad illa, quia ab initio fuerunt invalida. Item fi conjugatus profiteatur in fcia Uxore; neque ea mortua obligatus effe stare in Religione; quia profeflio ejus non fuit valida. Ad contraria repondent, primum nihil concludere, quia promiffio, quæ fuit nulla ab initio, effe femper nulla; ille autem, qui vovet cafitatem in conjugio, tenetur eam fervare non petendo debitum, quia fic propofuit, & fe obligavit, cum non præjudicet Uxori, cui petenti debitum reddere potèft, & debet.

Reaffumendo itaque hanc feptimam caufam, ex ea colligimus, priora Sponfalia non deftrui à posterioribus etiam juratis, nifi fecunda Sponfa fuerit carnaliter cognita; fed è contra à prioribus pofteriora tolli, & elidi. Hujus rei legitimum Exemplum apud Surium d. 20. Julii in Vita S. Walmari Nobilis Civitatis Bononiæ Gallicane, qui bona fide contracta Sponfalia de futuro cum Ithoraldâ nobilitate pariter, ac pulcherrima Virgine ejufdem Civitatis; cumque difpofitio fieret ad celebrandas Nuptias; furrexit alius Civis afferens, fe ante Valmarum cum eadem Virgine Sponfalia contraxiffe. Rê ad Supremum Principem delata, & præcepto facto ne ad arma venirent, iuffit, ut à Judice, fervatis fervandis, controversia dirimeretur. Factis probationibus, fententiam fuit contra Valmarum, & ad favorem competitoris. Valmarus admittens rerum mundanarum inflabilitatem, & à Deo motus ingreffus effe Monafterium, atque Religiofam vitam profeflus ad eò virtuosè vixit, ut poft mortem inter Sanctos meruerit connumerari. Narrat hunc eventum etiam Hieronymus à Bañlica Petri in Jure Metamorpofof. part. 1. in Converf. 3.

Oitava caufa diffolvendi Sponfalia effe nimia mora alterius ex Sponfis in celebrandis Nuptiis. Pro cujus caufæ intelligentia tres cafus funt diftinguendi. Unus effe, fi tempus fuit expreffum in Sponfalibus, intra quòd fit celebrandum Matrimonium, puta intra annum, vel biennium, aut aliud tempus; quò tranfacto, & non celebrato, ceflet obligatio; & in hoc cafu certum effe, tranfacto illo tempore, foluta effe Sponfalia, & nullus ex Sponfis, qui refulcet, potèft amplius obligari ad ea adimplenda; effe qui fuit in mora afferat, fe fuiffe legitime impeditum. Layman lib. 5. trañ. 10. prima part. c. 2. num. 17.

num. 17. Palaus, & alii apud Salmanticensis, qui- bus ipfi quoque adherent, d. trañ. 9. cap. 2. num. 57. & confentit Matrus d. difp. 7. num. 318. quia obligatio fuit reftituta ad illud tempus, quo tranfacto expirat ex conventionè partium; effe contrarium tenent Sanchez lib. 1. difp. 53. num. 7. & Bañlius libr. 12. cap. 16. num. 4. Secundus cafus effe, quando prædictum tempus fuit injundum non ad finiendam obligationem, fed ad follicitandam executionem, & tunc lapfu temporis Sponfalia non diffolvantur. Sanchez d. lib. 1. difp. 53. num. 5. Salmanticensis alios allegantes d. cap. 2. num. 54. Tertius cafus effe, quando in contrahendis Sponfalibus nullum tempus fuit injundum pro celebratione Matrimonii; & hoc cafu per quemvis lapfum temporis non diffolvantur; & quando una pars fit in mora, recurrendum effe ad Judicem, qui effe tempus prægagat ad Matrimonium incedendum; aliter, eo tranfacto, altera pars, fi velit, poffit alii nubere; fi autem inftat pro executione Sponfalium, qui effe in mora compellatur opportunis Juris remediis ad ea adimplenda; ut latius difcorat, ac demonftrant Bonacina q. 1. punñ. 6. n. 7. Rebèllius lib. 4. q. 8. fect. 3. Perez difp. 9. fect. 9. num. 1. ipfemet Salmanticensis d. cap. 2. num. 52. & 73. & Matrus d. difp. 7. num. 319. Nona caufa diffolvendi Sponfalia effe, quando Sponfus tranfert fuum domicilium in aliam civitatem. cap. De illis. 5. De Sponfalibus, ubi fic Papa repondit: Qui præfite juramento promittunt, fe ali- quos multos dies, & poftea dimittunt terram, & ad alias partes tranferentes; liberum erit mulieribus ad alia fe vota tranferre. Ratio effe, quia Sponfa non tenetur illum fequi, & Sponfus per hanc translationem domicilii cenfetur renunciaffe obligationi Sponfalium. Salmanticensis d. cap. 2. num. 59. & ibi Layman, Coninch, & alii; Bañlius Pontius d. cap. 12. cap. 15. num. 2. & concordat Matrus d. difp. 7. num. 320.

Decima caufa effe nimis longa abfentia Sponfi à Civitate; circa quam sciendum, quòd de Jure Civili Sponfa tenetur expectare Sponfum per biennium, fi abfit intra Provinciam, fi 2. C. de Sponfalibus, & per triennium, fi abfit extra Provinciam, l. 2. C. de Repudiis, imò donec iufta caufa abfentie ceflet. l. Sept. ff. de Sponfalibus, nihilominus Jus Civile correctum effe à Jure Canonico; itaut ad arbitrium Judicis intinandum fit abfentia, ut intra legitimum terminum reverteatur, ultra quem Sponfa cum non fit obligata expectare, & fi velit, poffit alteri nubere. Bonacina q. 1. punñ. 6. num. 8. Sanchez libr. 1. difp. 54. num. 6. Palaus, Averfa, Gonet, & alii apud Salmanticensis d. cap. 2. num. 61. & 62. atque Matrus in 4. fent. d. difp. 7. num. 321. nec non Bañlius Pontius d. libr. 12. cap. 15. num. 4. & Rebèllius d. libr. 4. q. 8. fect. 3.

Undecima caufa effe, fi Sponfo, vel Sponfa fuper- veniat gravis, vel habitualis infirmitas, per ifam enim folvuntur Sponfalia, effe iuxta. cap. Quemad- modum. 25. de Jurisjur. & ratio effe, cap. Quemad- modum perpetuum difplicitiam generet, & ma- lum exitum habeat. S. Thomas in fupplemento, 3. part. quaft. 43. art. 3. ad 3. Sanchez d. libr. 1. fupplemento, 3. part. Pontius d. libr. 12. cap. 17. Averfa quaft. 8. fect. 14. Salmanticensis d. cap. 2. num. 66. Matrus d. difp. 7. tit. 10. quaft. 5. qui inter alias infirmitates nominant paralyfium, malè olentiam oris, & oculi, vel nafi amiffionem, morbum Gallicum in Sponfo, atque Lepram in Sponfa; & jure quidem, illum enim effe contagiofum plerumque diximus fupra in Decif. XV. num. 45. & præbere caufam fufficientem Papæ dif- folvendi etiam Matrimonium ratum. De Lepra au- tem morbo idem Zacchias in lib. 7. tit. 3. q. 5. n. 1.

32 ita fcribit: Ex Lepra promptiffimè inficit potèft fanus conjux à Leprofo; unde non modo fumum imminet

fanitatis detrimentum, fed etiam manifeflum vite periculum, quia Lepra cancer univerfalis effe ipfum corpus depofcens, ultra indidibile, quòd fe cum af- fert, radium, & inenarrabilem moleftiam, quia homi- nibus affigit, & abominabilem turpitudinem cæteri ho- minibus odiofam. Ideo ex Lepra fuperveniente dirimi Sponfalia offendit idem Zacchias libr. 3. tit. 3. q. 1. n. 15. alios Medicos, & Canoniftas fic docen- tes allegans. Tempore Clotarii Francorum Regis, qui regnare cepit Anno Chrifti 527. fuit inter alios Principes quidam Lucinius, feu Licinius, ejufdem Regis confanguineus, cui genitor ejus de confenfu Clotarii in Sponfam obtulit Virginem quamdam natalibus pulchritudine, ac virtutibus eximiam, & cum ea iniret Sponfalia de futuro. Cum autem appropinquaret dies celebrandi Matrimonii, comper- tum effe, Sponfam ipfam Lepra morbo effe affec- tam; quò ex morbo foluta fuit Sponfalia, adeò- que hujus mundi miferis pertafus Lucinius fuit, ut tonfo capite clericalem veltem inderet, & tantum in amorem Chrifti, ac animarum falutem exarferit, ut totum fe in convertendis infidelibus ad Chrifti- anam Religionem applicuerit, ac prout vixerat, fan- diffimè obierit, ut lacris fcribit Bollandus in Vita Jacobi, die 14. Februarii; & ex eo Hieronymus à Bañlica Petri in Metamorpofof. Sacris part. 1. Con- verfof. 5.

Duodecima caufa ad diffolvenda Sponfalia à DD. reputatur deformitas fuperveniens in Sponfa, quæ antea pulchra effet, ut fi amitteret oculum, vel na- fum, aut præcedentem pulchritudinem, præcipue ex Variolarum infirmitate; Variola funt pululæ, vel papulæ majores, minorefve, ab initio fub forma macularum rubentium in toto corpore, aut pluri- mus ejus partibus erumpentes, cum febre acuta Epi- demica, in augmento feffe elevantes, & fub iftu materiam vicidam quodammodo puri fimilem continentes, interdum & aqueam; tandem in declinatione degenerantes in cruftam; ut legitur in Lexico Medico Verb. Variole; quæ quidem crufta cum exficcat, ita faciem obfignat, deturpat, ac offendit, ut penitus omnis venustas, & pulchritudo auferatur, ex ejuftem malignitate morbi, quem peffilentem, & contagiofum ex antiquorum Medicorum teftimonio, quos citat, & fequitur, demonftrat Zacchias in d. Q. Medicolegal. libr. 3. tit. 3. quaft. 5. numer. 5. & lib. 10. conftit. 32. ubi refert miraculum B. Felicis Cap- puccini, dum oleo ejus Lampadis puer Variolis op- preffus, ac morti proximus, inunctus in infanti fa- nus evafit; quamvis oleum morbillof, ac variolif fit adverfum, unde cavetur à Medicis, ne corpora hu- jufmodi oleo tangantur, quia (ut fubdit idem Zac- chias) adauget oleum inflammationem, & pure i- nem. Igitur fi ex variolis, aliòve confimili morbo deformetur facies Sponfæ, licitam erit Sponfo à fponfalibus recedere; quæ intelligitur facta, rebus in eodem ftatu permanentibus, & nulla notabili mutatione de novo adveniente. Sanchez d. libr. 1. difp. 57. num. 4. Bañlius Pontius d. libr. 12. cap. 17. num. 5. Averfa d. quaft. 8. fect. 14. Salmanticensis ead. cap. 2. n. 67. & alii apud Dianam Coordinatum tom. 2. trañ. 6. refol. 17. defumpta ex inordinato part. 3. trañ. 4. refol. 284.

Aliud Exemplum legitur apud Surium d. 9. Fe- bruarii in Vita S. Anfberti Epifcopi Rothomagen- fis, qui adolefcens Sponfalia contraxerat, tempore ejufdem Regis Clotarii, cum Angardina puella non bilii, ac pulcherrima, filia Rurberti eximii Comi- tis, qui ipfufmet Clotarii annuli genulif fuerat. Ma- trimonium adventiente tempore Sponfa infirmatur, & pululif tota repletur, à quibus (ait Surius ibidem) facies illius ita exulcerata apparuit, ut à confortiis hominum, quicumque eam videret, extemplo frega- ndam decerneret. Unde Anfbertus, fic infante Patre ejufdem Angardina diffoctabilem condidit libel.



libellum; & deinde Monasticam vitam amplexus ob eius egregias virtutes, ac sanctitatis famam Episcopus Rothomagi fuit electus. Angustinus pariter inter sacras Virgines velari voluit; qua factio (subditi Auctor Vitae) prius a pulchritudine, & speciei elegantis extemplo est reddita, ita ut eundem dicerent, quia eam Christus sibi Sponsam elegisset perennem.

Tandem dissolvuntur Sponsalia propter delictum heresis, si in illud Sponsus, vel Sponsa incidant; similiter ob quodcumque grave aliud delictum, ex quo infamia generetur, propter iacturam honorum, & paupertatis supervenientis; ob graves inimicitias exortas inter eisdem Sponsos, vel ipsorum consanguineos; ob sœvitiam, seu morum asperitatem, in ipsidem Sponsis detectam. Si ipsi Sponsi fornicentur cum alia persona; quamvis Sponsa vi ab alio fuisset violata; de qua causa, & eius probatione videnda est Rota part. 10. rec. Decis. 19. Item si superveniat in Sponsis aliquod impedimentum, vel dirimens, vel impediens tantummodo Matrimonium inter illos; (quamvis impedientia tantum, Voto castitatis excepto, non dissolvere Sponsalia plures DD. dicant apud Salmanticenses d. cap. 2. num. 69.) Ac denique si ob aliquam novitatem malus exitus Matrimonii timeatur, aliavē causâ insurgant, quæ satis essent, conjuges separare quo ad thorum; nam propter earum quamcumque Sponsalia dissolvere, & ab eis resiliere Sponsi possunt; est cum juramento inita fuissent, ut late demonstrant DD. omnes supra citati, ac præcipue Maffius d. disp. 7. numer. 324. & Eminen. Cardin. de Lauræa d. disp. 37. §. 8. per totum; in quo Canones, rationes, & auctoritates pro prædictarum omnium causarum validitate in dissolvendis Sponsalibus abundanter cumulat; prout etiam Salmanticenses d. cap. 2. a n. 70. & segg. & Rota part. 14. recent. Decis. 185. num. 3. & segg.

Pro complemento hujus Decisionis adhuc duo sunt Corollaria addenda, ac notanda. Primum est, quod quando aliqua ex supradictis causis Sponsalia dissolvantibus certa est, ac indubitata, utroque Sponsus potest in utroque foro à Sponsalibus resiliere: at si dubia causa sit, aut non ita certa, debet Judicem adire, & sententiam super dissolutione Sponsalium postulare. Basilus Pontius d. libr. 12. cap. 18. num. 8. Aversa quest. 8. scilicet 16. Sanchez libr. 1. disp. 69. num. 7. & 8. & alii apud Salmanticenses d. cap. 2. num. 100. & segg. ubi n. 104. advertunt in tali casu Judicem debere esse Ecclesiasticum, & quod pro foro conscientie sufficit unus testis, omni tamen exceptione major, qui testificetur super veritate causæ, per quam Sponsus vult dissolvere Sponsalia: at in foro fori necessarii sunt saltem duo testes; & jure quidem, nam in controversiis circa Sponsalia requiruntur plene, ac conclusentes probationes, & quod testes sint bonæ famæ, & conditionis. Rota part. 1. recent. Decis. 207. & part. 14. Decis. 242. num. 3.

Secundum Corollarium notandum est, quod si contrahentes Sponsalia affecti sint aliquo impedimento dirimente, seu impediendo tantum Matrimonium inter illos, ita ut opus sit impetrare dispensationem; ea obtenta opus est novo consensu pro validitate Sponsalium; quia ab initio erant nulla; & nulla remanent, est habitata sit dispensatio, nisi per novum consensum à Sponsis ipsis revalidentur. Rota part. 5. recent. Decis. 605. & part. 8. Decis. 107. nec non part. 12. Decis. 227. n. 22. ubi Barbosa DD. cumulat in cap. Non debet. De Consanguinit. & Affinit. atque Ludovici Decis. 410. Notet has auctoritates Studiosius Lector, ne fallatur à DD. contrarium docentibus, inter quos Sanchez lib. 5. disp. 5. quest. 3. n. 12. Basilus Pontius libr. 3. cap. 15. num. 5. Comitulus in Resp. Moral. libr. 1. q. 145. Rebellius part. 2. libr. 2. quest. 10. scilicet 6. num. 46. & alii, quos nominat, sed consultat Diana part. 3. tract. 4. resol. 289.

Et part. 11. tractat. 2. resol. 70. que nunc existunt in Dianæ Coordinati tom. 2. tract. 6. resol. 19. & resol. 35. in qua §. 5. citat plures alias Decisiones Rotales; & merito quidem, nam propter eminentiam Auditorum Rote, eorum opinio prævalere debet dictis cujuscumque privati Doctoris. Menochius conf. 1196. num. 2. aded ut (juxta Lotterium De Re Benefic. libr. 1. quest. 1. num. 80.) Vix possit excusari à maxima arrogantia Judex, qui in judicando desisteret ab opinione tantorum Patrum, suæ prudentiæ innixus.

DECISIO XVIII. ARGUMENTUM.

Præmissa Impedimentorum Matrimonialium Definitione, Etymologia, ac Divisione in impedientibus tantum; & in dirimentibus; & quod impedientia statui possunt etiam à singulis Episcopis, & à Principibus Laicis; circa dirimentia ostenditur, eorum inductionem provenire tantum vel à Summo Pontifice, vel à Conciliis Generalibus, vel à Legitima consuetudine; non etiam ab Episcopis, neque à Laica Potestate. Refertur Historia nullitatis Matrimonii Ducis Aureliæ, vulgò d'Orleans, Fratris Ludovici XIII. Regis Galliæ de Anno 1634. tamquam contracti sine consensu ipsius Regis: & circa eandem, ac circa Matrimonia filiorum familias plura notata digna ponuntur ex Caramuelis, ac Tonduri relationibus. Tandem, An consuetudo possit abrogare impedimenta? Et an his detentus peccet contrahendo.

SUMMARIUM.

- 1 Parochis, ac Confessariis necessaria est scientia Impedimentorum Matrimonialium.
2 Impedimentum Matrimonii quid sit?
3 Impedimenti Etymologia.
4 Impedimenta Matrimonii à quo Jure procedant?
5 Impedimenta à Jure naturali provenientia quæ sint?
6 Impedimenta à Jure Ecclesiastico emanantia, quæ?
7 Impedimentorum Matrimonii divisio?
8 Scelus Doctor subtilis quo anno vivebat?
9 Impedimenta Matrimonii tempore Scoti, & eius crimina.
10 Impedimenta eadem hujus temporis, & eorum Versu.
11 Impedimenta impedientia tantum olim duodecim, & quæ?
12 Nunc quatuordecim, & quæ?
13 Episcopi possunt Impedimenta impedientia statuerè.
14 Principes quoque seculares.
15 Decretum Senatus Veneti contra contrahentes Matrimonia absque debitis solemnitatibus, & Proclama Reitorum Paduæ.
16 Impedimenta dirimentia an fieri possunt?
17 An per ea mutetur Materia & Forma, ac Ministri Matrimonii?
18 Concilia Generalia, ac Summus Pontifex constituunt Impedimenta dirimentia.
19 Pontifex an sine iusta causa possit statuerè Impedimentum dirimens? Vel aliquem facere inabilem ad Matrimonium?
20 Consuetudine an Impedimenta dirimentia possint introduci?
21 Consuetudo inducens Impedimentum dirimens an à Papa approbata esse debeat?

- 22 Episcopi in eorum Diocesi nova Impedimenta dirimentia statuerè non possunt.
23 Episcopi tantam Jurisdictionem habent, quantum est Papa concessit.
24 S. Cong. Cardinalium Declaratio, quod sint valida Matrimonia contracta coram Parocho invito.
25 Principes Laici an possint statuerè impedimenta dirimentia Matrimonium?
26 Caramuelis relatio de potestate Principum Laicorum circa Impedimenta dirimentia Matrimonium.
27 Caroli Cæsi Regis Franciæ Filia nulliter nupsit sine consensu Patris.
28 Ducis Aureliæ Fratris Regis Gallie Matrimonium nullum. Et cur?
29 Bapaglini Episcopi Nucerni narratio ejusdem Matrimonii.
30 Parlamenti Parisiensis Sententia super nullitate d. Matrimonii Anno 1634.
31 Clerus Gallicanus confirmat nullitatem d. Matrimonii Anno 1635.
32 Tonduri relatio de nullitate Matrimoniorum in Gallia, contra Regiæ ordinationes initorum.
33 Meldæ, vulgò Meaux civitas in Gallia.
34 Filii familias in Gallia nulliter nubunt, parentibus invitati.
35 Consuetudine dirimuntur Matrimonia in Gallia, inita sine consensu Regis, & Parentum.
36 Nullitas Matrimonii Fratris Ludovici XIII. Regis Gallie Anno 1634. iustificatur.
37 Clotarii Regis Gallie tempore erat consuetudo requirendi consensum Regis pro Matrimonii conjugatione eius.
38 Consuetudo prædicta rationabilis demonstratur.
39 Consuetudo an possit abrogare Impedimenta dirimentia.
40 Impedimento detentus, & contrahens an peccet? & an validè contrahat, si credat habere impedimentum dirimens, quod non habet?

IN præcedentibus actum est de quidditate Matrimonii, atque Sponsalium; nunc differendum venit de impedimentis, in quorum intelligentia, scientia, & cognitione versati esse debent Parochi, atque Confessarii pro bona directione animarum, non solum in contrahendis Matrimonii de futuro; sed etiam in Confessionibus Sacramentalibus pro Matrimonii præteritis, in quibus non raris irreperitur impedimenta etiam dirimentia; & opus est remedio, quod suggerere Confessarii non valent, si ipsi omnia impedimenta rectè non noverint; idèd in meo oneroso Ministerio, (quod pro annos quadraginta continuo exercui) sub regimine hujus Episcopatus Patavini nunquam satis laudatorum Antistitem, ac verè Ecclesiasticorum Principum, & vigillum Pastorum GEORGII CORNELII, & GREGORII CARDINALIS BARBADICI examinandi, & approbandi Confessarios; eos præcipue circa impedimenta Matrimonii interrogabam, & instructos esse volebam; aliter ipsidem mandatum audiendi Confessiones constanter denegabam. Igitur antequam ad explicationem singularum impedimentorum accedamus, de ipsis tria generatim sum videnda.

- Primo: Quid sit Impedimentum Matrimonii?
Secundo: Quot sint Impedimenta; & quomodo dividantur?
Tertio: Quibus competat potestas statuendi Matrimonialia impedimenta?
Quo ad primum: Gobatus in Theolog. Experim. tract. 9. num. 6. ait, quod Impedimentum Matrimonii est consensio, seu circumstantia, cum qua non licet intrè Matrimonium. Eminentiſſ. Cardin. de Lauræa in 4. Sent. tom. 3. disp. 18. num. 1. dicit quod nomine impedimenti, respectu Matrimonii, aliud

non est intelligendum, nisi res, actio, formalitas, relatio, vel quid simile, quod facit, ut Matrimonium sit vel illicitum, & irritum; vel tantum illicitum. Thomas Tamburinus de Matrimon. libr. 8. cap. 1. num. 1. scribit, Impedimentum esse id, quod obstat, ne Matrimonium aut validè, aut licitè contrahatur. Ex his deduci potest sequens definitio, videlicet: Impedimentum Matrimonii est inhabilitas, illud contrahere volentium, proveniens vel à naturali, vel ab Ecclesiastico Jure; per quam, si de factò contrahant, aliquando illicitè tantum; aliquando illicitè, & invalidè simul contrahunt. Dicitur inhabilitas tamquam genus; & denotat incapacitatem, impotentiam, & defectum facultatis progrediendi ad actum celebrandi contractum Matrimoniale in illis, qui aliquo impedimento juridico detinentur: impedimento enim ita nominatur quasi pedum tenimentum; seu obstaculum, ne quis progredi, seu transire possit, prout vult. Hinc in exercitiis sarcinæ, aliæque involucria vulgò bagaglio, appellantur impedimenta, quia obstant concitato cursui, ac velocitati militum juxta id, quod de ipsidem militibus ponit Julius Cæsar lib. 1. Bell. Gall. ibi. Ad impedimenta, & carros suos se contulerunt. Impedimenta autem Matrimonii non sunt quid physicum, quod detinet contrahentes, sed quid morale, seu legale, obstant, & resistens eorum desiderio, ac voluntati; ad exemplum irregularitatis, que in rebus sacris impedit vel suscipere Ordines, vel susceptos exercere; seu ad similitudinem Legum Civilium, quæ prohibent debitoribus publicarum gravaminum accessum in Consilium Civitatis; vel non insignitis Laurea Doctorali se professores gerere Legum, sive Medicinæ. Dicitur in definitione, quod prædicta inhabilitas provenit vel à Jure Naturali, vel à Jure Ecclesiastico; quia utrumque Jus est principium, fons, & origo, undè ipsa impedimenta dimanant; siquidem cum de Jure naturæ omnis contractus involuntarius, id est initus sine libera voluntate contrahentium, sit invalidus; ita ex hoc jure naturali procedunt impedimenta, quæ concernunt conjuges contrahentes absque libera voluntate; & talia sunt Error, Vis, Metusque cadens in constantem virum, aut ignorantia personæ, vel ejus conditionis, cum qua aliquis contrahit, putans aliam esse vel in substantia, vel in qualitate ab illa; dicit enim Aristoteles 2. Ethic. cap. 5. Involuntarium esse, quod vi, vel ignoracione accidit. Item cum jure naturali nulli sint omnes illi contractus, in quibus res, quæ traditur vel non est libera, vel non est apta ad illum contractum, sic ex eodem jure procedunt impedimenta ligaminis, & coire non valentis; nam corpora eorum, qui cum his impedimentis contrahunt, aut non sunt habilia, aut non sunt libera, ut mutantur in Matrimonii contractu; ut plene disserit, ac doctè demonstrat Eminentiſſ. Cardin. de Lauræa d. disp. 18. art. 1. per totum. Similiter ex Jure Ecclesiastico procedunt cætera impedimenta concernentia graduum propinquitatem in triplici cognitione, Naturali, Spiritualis, ac Legali; item Affinitatis; prout etiam Voti solemniss castitatis, criminis, cultus disparitatis, raptus Sponsæ, atque clandestinitatis; hæc enim omnia statuta sunt ab Ecclesia ad bonum regimen animarum; & ut fidelescum debita honestate, ac decencia vivant; ad quem effectum inducta sunt etiam impedimenta impedientia tantum, de quibus singillatim in decursu harum Decisionum erit agendum. Tandem dicitur, per quam inhabilitatem, qui contrahunt aliquando illicitè tantum; aliquando illicitè, ac invalidè simul contrahunt; ex quibus verbis sumitur sequens Impedimentorum omnium divisio. Idcirco:

Quo ad secundum: Si quærimus quot sint ipsa impedimenta; & quomodo dividantur? Respondetur, unicum, sed famosam esse Impedimentorum Matrimonii



habitus Religioſi ſuſceptio ſtatim diſſolvat Sponſalia, non expectata Profeſſione? Circa quam tres ſunt opinionones. Una, que ait, expectandam eſſe Profeſſionem, neque ante illam Sponſalia diſſolvi. Ita Armilla Verb. Sponſalia n. 22. Durandus in 4. diſt. 27. queſt. 3. art. 3. Paludan. ibid. qu. 1. art. 3. Covarruvias 1. p. q. 43. art. 3. ad 1. aſſerens, Sponſalia diſſolvi per ingreſſum Religionis, quia eſt mors ſpiritualis, quod non verificatur, niſi in Profeſſione. Accedit, nullum reperiri Canonem, qui approbet diſſolutionem Sponſalium per ſolam habitus Religioſi ſuſceptionem, & per ſolum in Religionem ingreſſum. Altera opinio omnino contraria affirmat, ſolum ingreſſum in Religionem, & ejus habitus aſſumptionem ſolvere Sponſalia; nam ſic ſe habent Sponſalia ad Matrimonium, ſicut Novitiatum ad Profeſſionem; utraque enim ſunt præambula ad illam, & ad illud. Ergo ſicut Profeſſio diſſolvit Matrimonium ratum ex parte utriuſque conjugis; ſic Novitiatum debet ſolvere Sponſalia quo ad utroſque Sponſos. Item quia votum intrandi Religionem extinguitur per ſolam ſuſceptionem habitus, & ingreſſum in Novitiatum bona fide factum, ac animo permanendi. Igitur idem dicendum de Sponſalibus. Ita arguit, & tenent Eminentiff. Cardin. Toleſtus in Sum. libr. 7. cap. 21. Sanchez d. libr. 1. diſp. 42. num. 2. & 5. Bonacina qu. 1. punct. 5. num. 2. & Becanus queſt. 21. cap. 43. Tertia opinio, que cenſetur verior, docet, diſſolvi quidem Sponſalia per ingreſſum Religionis, ac Novitiatum, quoad Sponſum remanentem in ſæculo, qui ſi vult alteri nubere, non tenetur expectare Profeſſionem alterius ſui primi Sponſi. At quoad eum, qui ingreditur Religionem, Sponſalia non diſſolvuntur, niſi facta per eum Profeſſione; adeo ut ſi illam non emittat, & ad ſæculum redeat, tenetur fidem Sponſalium ſervare; & ea adimplere ſi alter Sponſus petierit. Ita Rebullius libr. 4. queſt. 8. ſect. 6. Baſilius Pontius libr. 12. cap. 10. n. 3. & 4. Layman libr. 5. tract. 10. cap. 2. num. 2. & alii plures, quos citant, & ſequuntur Salmanticenſes d. tract. 9. de Matrim. cap. 2. num. 21. & 22. ubi reddunt hanc rationem pro diſſolutione reſpectu remanentis in ſæculo, quia ingrediens in Religionem cenſetur ſtatim cedere juri ſuo circa dicta Sponſalia; & nimis immutat ſtatum ſuum; itaut ſi non profiteretur, & habitum Religionis deſereret, ſive ſit Sponſa, ſive Sponſus; alter, qui remanſit in ſæculo, abhorreret nubere Moniali, vel Monacho religioſi habitus deſertori. Reſpectu verò ipſius ingredientis Religionem ſtatim non ſolvuntur Sponſalia, ne via fraudibus aperiantur, itaut poſt paucos dies habitum dimittat, ac Religionem deſerat, prætendens ſe liberatum à Sponſalibus, & alteri nubat. Hanc tertiam opinionem eligunt tamquam veriore eximii Scotiſtæ Maſtrius in 4. diſp. 7. num. 300. & Eminentiff. Cardin. de Lauræa d. diſp. 37. art. 11. ſ. 3. ubi reſpondent argumentis contrariis, videlicet ad rationem S. Thomæ, quod ingreſſus in Religionem non eſt mors ſpiritualis, niſi facta Profeſſione; ad paritatem Sponſalium, ac Matrimonii cum Novitiatu, & Profeſſione, eam verificari in aliquibus effectibus, ſed non in hoc de liberando Novitium ab obligatione Sponſalium; prout neque in paritate Voti, quia eatenus illud ſolvitur per Novitiatum bona fide aſſumptum, quia ita ſatiſfacit promiſſioni de Religionis ingreſſu.

Alteræ quaſtio, circa hanc ſecundam cauſam, diſſolvendi Sponſalia per ingreſſum, ac Profeſſionem Religionis eſt. Quid Juris ſi Sponſalia fuerint jurata? Et communis reſponſio eſt, quod Sponſus debet prius contrahere Matrimonium, & adimplere juramentum, & deinde abſtinendo à copula intrare Religionem, & in ea profiteri; ſic enim Matrimonium

ratum diſſolvitur, & alter Sponſus poteſt cui voluerit nubere juxta text. in cap. Commiſſum. De Sponſalibus in quo Alexan. III. ſic ait: Fraternaliter ratiſſime reſpondemus, quod tutius eſt ei, religioſe juramenti ſervata, prius contrahere; & poſtea, ſi elegerit, ad Religionem migrare. Ratio eſt, quia omnia juramenta licita obligant ad exequendum, quando executio non vergit in diſpendium æternæ ſalutis. cap. Cum cortingat. & cap. Si verò. De Jurjur. Accedit alia ratio, quia qui vult ingredi Religionem, debet prius ſua debita ſolvere. Sed Sponſus, qui juravit Sponſæ eam ducere in uxorem, eſt illi debitor de ea ducenda, & de Matrimonio contrahendo. Ergo debet contrahere Matrimonium; & ſtatim ingredi Religionem. Ita tenent Scotus in 4. diſt. 30. qu. 2. E. Navarrus in cap. Non dicatis. 12. q. 1. Rebullius libr. 4. de Matrim. q. 8. ſect. 6. conclus. 2. Vega libr. 1. Summ. cap. 389. & Eminent. Cardin. de Lauræa d. diſp. 37. a. num. 363. & ſeqq. qui reſpondet rationibus contrariis, præcipue, quod ſic contrahendo, & ſtatim Religionem ingrediendo, eſt quodam fictio, ac deſuſio contractus, nam (ait) quod jurans Matrimonium contrahere nunquam intendit ſibi præjudicare circa electionem melioris ſtatus, ac privilegium ſibi à jure conſeſſum de ingredienda Religione; prout quod ſi faciendū, intert magnam diſpenſationem alteri Sponſo; nam, (ſubdit) poteſt illam evitare, remittendo parti juramentum, & licentiam ei generoſe concedendo, ut ſolutis Sponſalibus juratis, abſque eorum adimplimento poſſit ingredi Religionem; procedit enim hæc quaſtio, quando alter Sponſus recuſat licentiam Sponſum volentem amplecti ſtatim religioſum; & iſtat per Sponſalium juratorum adimplimento.

Nihilominus magis communis opinio eſt negati- va, que aſſerit inſtat parte remente poſſe Sponſum, qui jurata intrat Sponſalia, ingredi Religionem, abſque obligatione prius contrahendi Matrimonium. Ratio eſt, quia juramentum ſequitur conditiones contractus, cui adhæret, cap. Quomodo. De Jurjur. Sed Sponſalium conditio eſt, ut in eis contrahendis, ſemper ſubintelligatur, niſi meliorem ſtatum elegero. Ergo etiam juramentum cenſetur factum ſub hæc conditione. Et ita ſentit Sanchez libr. 1. diſp. 43. num. 3. Palaus diſp. 1. punct. 16. num. 3. Averſa d. qu. 8. ſect. 12. Baſilius Pontius libr. 12. cap. 10. num. 9. & alii plures, quos allegant, & ſequuntur Salmanticenſes d. diſp. 7. num. 13. & iſſidem adhæret etiam Maſtrius d. diſp. 7. num. 303. ubi reſpondet ad text. in cap. Commiſſum. De Sponſalibus, dicens, quod ibi Pontifex non obligat eum, qui Sponſalia jurata inivit, ut prius contrahat, quam Religionem ingrediatur; ſed ſolum conſulit tamquam tutius, ut prius contrahat. Ergo tutum eſt, ut non contrahat. Ad aliam rationem de debitis prius ſolvendis ante ingreſſum Religionis, reſpondet, in eis non ineſſe tacitam conditionem, niſi promittens elegerit Religionem, prout ineſt in Sponſalibus.

Quæſtio Tertia eſt: Quid Juris, ſi poſt jurata Sponſalia, copula carnalis ſecuta fuisset, poſſe Sponſus non contrahere, & ingredi Religionem? In hoc caſu omnes DD. conveniunt dicentes, quod ſive Sponſa deſlorata à ſponſo fuerit Virgo, ſive honeſta Vidua Matrona, non poteſt Sponſus ingredi Religionem, niſi Matrimonium cum ea contrahat, ita ea inſtante; & hoc ad conſuleſſum ejus famæ, & honoris; ac multo magis, ſi nata eſſet proles, ad eam legitimandam. Leſſus de Juſt. & Jure libr. 2. cap. 10. aub. 4. num. 35. Bonacina diſp. 1. punct. 5. num. 4. Averſa d. q. 8. ſect. 12. Salmanticenſes d. diſp. 2. num. 16. & Maſtrius d. diſp. 7. num. 303. in fine. Ipſe tamen Eminentiff. Cardin. de Lauræa excipit, diſta diſp. 37. num. 366. dicens, quod ſi abſeſſet ſcandalum, & mulier deſlorata contentaretur re- ceptione

ceptione dotis, poſſet Sponſus, non obſtante copula, ingredi Religionem abſque obligatione contrahendi Matrimonium.

Tertia cauſa diſſolvendi Sponſalia etiam jurata eſt Suſceptio Ordinis Sacri, (non autem minorum) ratione voti toleminis caſtitatis, quod eſt incompoſſibile cum Matrimonio, & quia eſt ſtatim magis perfe- ctus. Ita Eminentiff. Cardin. de Lauræa d. diſp. 37. art. 11. ſ. 4. per totum. Et Maſtrius d. diſp. 7. num. 304. At querunt DD. an Sponſus ſic ordinatus in Sacris irrequiſita, vel reludante Sponſa, peccet mortaliter? Affirmat Sanchez d. libr. 1. diſp. 47. num. 3. Palaus punct. 19. & Rebullius d. diſp. 4. q. 8. ſect. 5. Negant Sotus in 4. diſt. 27. q. 1. art. 5. Baſilius d. libr. 12. cap. 11. num. 3. & alii con- ceſſi, ac approbati à Salmanticenſibus d. diſp. 2. num. 26. ob illam rationem, quod in Sponſalibus ineſt conditio, Niſi ad meliorem ſtatum tranſiero.

Quarta cauſa pro Sponſalibus diſſolvendis non ſolum eſt ingreſſus in Religionem, & ſuſceptio Ordinis Sacri, ſed etiam Votum de eodem ingreſſu, ſeu de ſuſcipiendo Ordine facti emiſſum poſt inita Sponſalia, etiam jurata. Ita Salmanticenſes d. cap. 2. num. 29. Maſtrius d. diſp. 7. num. 304. & Eminentiff. Cardin. de Lauræa d. diſp. 37. num. 381. ea ratione quia ſemper ineſt in Sponſalium promiſſione illa conditio, ſi non elegero ſtatim perfeſſionem. At celibatus eſt perfeſſior, quam Matrimonium, juxta Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. can. 10. in quo habetur: Si quis dixerit, ſtatim conjugalem anteponendum eſſe ſtatu Virginitatis, vel celibatus, aut non eſſe melius, ac beatius manere in Virginitate, aut celibatu, quam ſurgere Matrimonio; Anathema ſit. Et hæc procedunt de Voto emiſſo, poſt contracta Sponſalia, quia ſi ante eorum contractum quis vo- viſſet, Ordinem Sacrum ſumere, vel ingredi Religionem, Sponſalia poſtea contracta eſſent ipſo jure nulla, ut bene notant Salmanticenſes d. diſp. 2. num. 30.

Quinta cauſa diſſolvendi Sponſalia eſt ipſum votum ſimplex caſtitatis, poſt eorum contractum ab uno ex Sponſis emiſſum; & hæc cauſam omnes DD. admittunt ad favorem Sponſi, qui reliquitur, & excluditur à Matrimonio per alterum Sponſum voventem. At circa hunc, qui ita vovet, duplex eſt ſententia: Una aſſerit, voventem non liberari ab obligatione Sponſalium, quia illicite, & promiſſum homini; & idè contra ſic voventem in cap. Veniens. Qui clerici, vel voventes &c. Papa præcipit, imponendam eſſe penitentiam. Et pro hac opinione ſtant Sanchez d. libr. 1. diſp. 46. num. 9. Leſſus de Juſt. libr. 2. cap. 41. num. 54. Layman libr. 5. tract. 10. p. 1. cap. 2. num. 3. & alii citati à Salmanticenſibus d. cap. 2. num. 32. Altera ſententia eſt, quod tale votum ſimplex caſtitatis ſit licitum, & validum; diſſolvatque Sponſalia etiam jurata ipſo facto; ea reiterata ratione, quia in promittendis Sponſalibus ineſt illa conditio, Niſi elegero meliorem ſtatum, qualis eſt celibatus ex Tridentino Concilio ſupra allegato. Et equidem Sponſalium ſolutorum, ob caſtitatis votum poſt illa emiſſum, Exemplar leguntur apud Torellum in ſeculo Anoviſiano. Anno 413. ſ. 3. de Demetriæ Nobile Virgine Romana, que deſponſata à Parentibus, ante diem Nuptiarum vovit caſtitem, & Sponſalia eliſit. Prout etiam Fridelburga Comitiffa deſponſata Sigisberto Regi Francorum, à Deo inſpirata, emiſſo Voto caſtitatis, ſe ab ejus Nuptiis liberavit, ut narrat Emin. Card. Baronius Anno 614. num. 67. 8. Igitur Votum ſimplex caſtitatis poſt contracta Sponſalia factum diſſolvit præcedentia Sponſalia; & conſtat votum ipſum eſſe validum ex eo, quod ſi voventis Matrimonium contraheret, non poſſet petere debitum, ut omnes Scribentes docent.

De Sacram. Matrim.

Neque obſtat d. cap. Veniens, quia ibi Votum factum fuerat in fraude, ut ſub prætextu illius vovens liberaretur à primis Sponſalibus, & poſſet nubere alteri. Ita Suarez libr. 2. de Voto cap. 4. n. 13. Vasquez Opuscul. de Relit. cap. 3. ſ. 2. dub. 6. n. 17. Henriquez de Matrim. cap. 14. num. 4. Baſilius d. diſp. 12. cap. 12. num. 4. Maſtrius d. diſp. 7. num. 304. Emin. Card. de Lauræa d. diſp. 37. num. 379. & concordant Salmanticenſes d. cap. 2. num. 33. & ſeqq. alios DD. allegantes, atque num. 37. notabiliter advertentes, cavendam eſſe à Sanchezio diſt. libr. 1. diſp. 46. num. 8. à Bonacina q. 1. punct. 5. num. 13. de Matrim. ac alii doctiſſimi, Sponſum, poſt emiſſum caſtitatis Votum, fornicantem peccare tantum contra Votum, non contra Sponſalia; eumdemque obtinentem diſpenſationem à Voto non teneri adimplere Sponſalia; ſiquidem totum contrarium eſt verius, ut demonſtrat Rebullius d. libr. 4. de Juſticia qu. 8. ſect. 7. num. 49. & Averſa de Matrim. queſt. 8. ſect. 12. Et ratio eſt, quia prior obligatio Sponſalium extinguitur ſolum in ordine ad ſervandum caſtitem, & non penitus extinguitur, ſed determinatur, & quali conditione quædam in tali ſtatu caſtitatis permanferit. Unde ſi ab illo recedat, peccat etiam contra Sponſalia, quorum obligatio non eſt extincta, niſi ſub dicta conditione, & determinatione caſte, & in celibatu vivendis quod Conſeſſarii poſſibilem notare debent ob circumſtantiam Sponſalium exprimentam à Sponſo fornicante in confeſſione, ut diximus ſupra in Decif. XVI. num. 17.

Sexta cauſa ejuſdem diſſolutionis Sponſalium eſt ſubſequeſ Matrimonium per verba de præſenti contractum ab uno ex Sponſis cum alia perſona, ut habetur in cap. Si inter. De Sponſalibus, & in cap. de Sponſa duor. Quæ quidem ſolito Sponſalium intelligenda eſt circa Sponſum, vel Sponſam innocentem; nam circa illum, qui frangendo fidem Sponſalium contraheret cum alia, durat eorumdem obligatio; adeo ut ſi illud Matrimonium ob aliquod impedimentum eſſet irritum, eſſet obligatus adimplere prima Sponſalia; nam Non præſtat impedimentum, quod de Jure non forſit eſſetum. I. Non præſtat. De Reg. Jur. Regula 53. col. 11. in 6. Baſilius Pontius d. libr. 12. cap. 13. Averſa q. 8. ſect. 13. Salmanticenſes d. cap. 2. num. 36. Maſtrius d. diſp. 7. num. 309. & Emin. Card. de Lauræa d. diſp. 37. art. 11. ſ. 7. a. num. 404. & ſeqq. qui omnes notant, prædictum Sponſum cum alia perſona Matrimonium contrahentem mortaliter peccare.

Dubitant verò DD. An iſte ſic contrahens remaneat obligatus ad priora Sponſalia etiam poſt ſolutum hoc Matrimonium, vel per diſpenſationem Papæ, ſi ratum tantummodo fuerit, vel ſi conſummatum poſt mortem conjuſſi? Et non eſſe amplius obligatum aſſerunt Sanchez libr. 1. diſp. 48. num. 3. Bonacina qu. 1. punct. 7. num. 1. Layman libr. 5. tract. 10. part. 1. cap. 1. & alii apud Salmanticenſes d. cap. 2. num. 38. Eorum ratio eſt, quia obligatio ſemel extincta, non revivit. cap. Quæſt. De Conſecr. diſt. 4. At eſſe obligatum docent Averſa d. q. 8. ſect. 13. Pontius d. libr. 12. cap. 13. num. 4. Vega, Ledefina, Palaus, Gonet, & alii, quos nominant, & ſequuntur Salmanticenſes d. cap. 2. num. 39. Maſtrius d. diſp. 7. num. 310. & Emin. Card. de Lauræa d. diſp. 37. num. 413. Ea ratione, quia per prædictum ſubſequeſ Matrimonium priora Sponſalia non fuerunt extincta, ſed tantum ſuſpenſa; idè ceſſante Matrimonio revivunt, & ſi pars innocens inſiſt pro adimplimento, tenetur iſſe, qui cum alia contraxerat; illa adimplere; exemplo illius, qui Voto caſtitatis adſcribit nubere, nam mortua Uxore tenetur Votum adimplere, ac ſervare; ut latius hiſ; & aliis rationibus comprobant Salmanticenſes.